

si, seu Rhodite dicti cum halone in extremitate sub-  
tiliter crenato, cum stellulis, et rosis in medio exor-  
nati, radiis, vel foliolis in medium peripherie inter  
duos angulos situm abeuntibus.

Eorum Entrochi,  
seu Columnetta.

132. Entrochi, seu Columnetta Trochitarum  
pentagonorum plurium simul unitorum minores,  
minimi, e pluribus, vel paucioribus Trochitalis  
conflati, cum superficie supremâ et infimâ, ut  
in precedentibus Trochitalis variè figuratâ, nunc  
recti, nunc incurvati, articulationibus variè uir-  
ti, capitello ornati, et eo destituti, funicula sua  
adhuc circi, nunc perpendiculariter, nunc oblique  
dispositi.

Trochite stella-  
res.

133. Trochite stellares cum suo modio, et  
halone in extremitate subtiliter crenato, et stel-  
lam quinque radiorum ad angulos lapillorum stel-  
larum directorum efformante.

Eorum Entrochi  
seu Columnetta.

134. Entrochi, seu Columnetta Trochitarum  
stellarium plurium simul unitorum, e pluribus, et  
paucioribus Trochitalis conflati, cum superficie sup-  
remâ, et infimâ, ut in precedentibus Trochitalis stel-  
laribus, figuratâ, maiores, et minores, diversi coloris,  
recti et incurvati.

Alii Articuli la-  
pidei.

135. Articuli lapidei minores diversorum Animalu-  
lorum marinarum, rotundi, fimbriati, et fixe fimbria,  
cum stellis, vel rosis, foliolum referentes maiores et mi-  
res, magis vel minus ventricosi, sed semper cum suo modio.

Matrices Trochi-  
tarum orbicu-  
larem.

136. Matrices Trochitarum, et Entrochorum orbicula-  
rum variè maiores et minores, varièque coloris.